


55

55

ACTA CAPITULI SANDOMIRIENSIS
1803 - 1818



Capitulum Generale die qua Mensis Septembris
1803 Anno Praesente Illmo Joanne Janio Leniewski Archiepiscopo
Perillustri Josepho Lisicki Curia Cancellario, Antonio Sobczynski Joanne
Wroblek Josepho Papiel, Sacerdote Donicki, Vincentio Paszynski
Gabriele Diatonowski, Antonio Pakulski, Antonio Prathowski, et Pe-
tro Szydtowski Canonico, celebratum

Assumptio Secretarii Capitularis.

Instituto Decreto anterioris Iuris Capituli, quo mediante petitione Illris
Canonici Prathowski, de deponendo munere Secretarii sui Capituli ex rati-
onibus expositis, fuit, et est delatum, Insigne Capitulum pro nunc Admodum
Adm. Zagrodzki Joannem, Mansionarium hujus Collegiatae, in locum
suprafati Illris Canonici Prathowski, de idoneitate suo Capitulo indubium,
et bonam spem de exactitudine sua preferentem, ad idem munus Secre-
tarii sui assumptis, receptoque praerimus ab ipso solito, de praescripto Sta-
tutorum Capitularium juramento corporali, in facie sui Capituli ad 1^{am} Dei
Evangelia praefato, Eundem ab hinc suum Secretarium declaravit.

Excusatio absentium

Reliqui omnes absentes DDⁿⁱ Capitulares, et si pems illorum nullo modo
suam excuset absentiam, nihilominus ex auditu de quibusdam, uti
quod Adm. Praepositus sit detentus infirmitate, Illmus Deca-
nus quod negotiis sua Cathedralis Ecclesiae, tanquam ejusdem primus
Palatus, sit impeditus, Illmus Primicerius, quod Viennam sit pro-
fectus, Illmus vero Curator quod tanquam Administrator Diocesis mo-
le negotiorum ejusdem sit obutus, Adm. Wodzicki, pro quo ejus
adep. Coadjutor, Adm. Paulus Olechowski et Puget, quod primi
nota sit infirmitas, alter defectum luminis oculorum patiat, quasi inter-
nuntialiter per DD^{os} praesentes Capitulares sunt excusati et pro ta-
libus declarati.

Cultus Divinus.

In objecto cultus Divini, assumpta est praerimus necessaria ad promo-
vendam cultum Divinum subsistentia penev hanc Ecclesiam Conciona-
torum Canonico, atque Vicario, qua omnino subsidio indigebat, proinde
exhibita est huius Capituli obliquitatio proventuum ex Decimis Cordoneis
in antehoribus Generalibus Capitulis injuncta, una cum exdivisione eor-
dem proventuum, ultra expensas pullulantium, per Illrem Canonicum
Wroblek, ad id per Insigne Capitulum deputatum, effectuate. Qua lecta
constitit, quod ea his Decimis ab Anno 1709 ad annum modernum 1803
inclusive percepta fuit in Summa 17337 fl. 26. Expensarum vero 1580
fl. 20 9. quibus detruncatis remanet Massa pura Perceptorum Summa
15756 fl. 27. Habita igitur proportione in duabus partibus pro Vi-
cario, in una; pro Illustribus Canonico Concinatoribus in altera, eccum
pro Illro Vicario Summa 10504 fl. 29. pro uno ex Illris Canonico Con-
cinatoribus Summa 2626 fl. 24. Proinde pro Illro Kochanski
2626 fl. 24; pro Illro Cancellario pro Concinatoribus ad annum 1796
inclusive fl. pot. 1142 27. pro Illro Szydtowski ad annum 1797 ad an-
num modernum 1803 inclusive Summa 1404 fl. pot. 21. Insigne
Capitulum gratis peractis Illris Canonico Wroblek pro labore suscepto
in hac re indaganda, et pro facta exdivisione puri ex his Decimis

2
reservata quota ad Vicarios spectante ad obliquidationem cum us
dem de Perceptis à Capitulo in vim hanc decimarum, Illustribus Canonicis
Concionatoribus quotas superius enumeratas, eisdem spectantes ex
nunc ex Procuratoria sua exsolvendas esse censuit, et eandem exsolven
re Procuratoria sua demandavit, jam ratione fatigii per Illr^m
Canonicum Wrazosek circa hanc Editionem suscepti, Eidem ex integra
Summa ambas partes spectante ff. post 200 designavit hac ratione ut
ff. p. 140 ex Summa pro Illr^m Vicariis liquidata exsolvant, jam autem
60 ff. p. ex portionibus Illr^m Canonicos Concionatores spectantibus
exsolvant; pariter pro labore in vindicandis his decimis suscepto
Illr^m Canonico Procuratori ff. 200, Viceprocuratori 100 ff. pendant

Communitas Vicariorum.

Cum ad cultum Divinum id plerimum conferat, ut plenus nume
rus Vicariorum ad exequenda officia sua omnino habeat, ad pro
sens vero volum^{us} sex subjecta capacia, ad haec effectuantia, repe
riant, Insigne Capitulum Illr^m admodum R^m Viceproposito, et
Vicedecano, confideas eor^{um} optimo zelo, emississime commendat, ut
quamprimum procurent compleri numerum suorum collaboratorum
Et in continenti, cum d. S. Josephus Kurevinski Vicarius hujus
ce Collegiate, ab annis ultra 30 vere emeritus, nunc ab anno
et ultra decumbens, licet ex portionibus ad ad Vicarios tam quo
ad mensam, quam quoad caetera necessaria sustentet, tamen quia
idem commode in tali casu sustentari nequit, providere Insi
gne Capitulum succurrendo eidem pro medicis et medicamentis
aliisque inevitabilibus expensis 300 fl. post, de Massa Hospitali
his annuatim assignavit, et uti incorporato Hospitali ab anno
praterito, pro eodem anno jam elapso ad diem presentem in ma
nus Illr^m Vicepropositi consignandos decrevit, In futurum vero
singulis quartualibus deursive persolvendos statuit.

Constructio Turriculae.

Ex re oculis subjecta patet, quod Turricula Templi quondam lignum
jam castruta sit, retulit autem Illr^m Procurator, quod non satis
habeat laminam ad contegendam eandem Turriculam; et in conti
nenti quod pro moneta antiqua aerea in arario Capitulⁱ reperibili,
nunc suo cursu destituta, pro 10 ff. p. tantum 12 ff. p. offerantur;
Insigne Capitulum permisit Procuratori, ut tali modo, eadem
pecunia antiqua commutet, et simul commendavit Eodem Procu
ratori, ut laminam necessariam omnino procurat.

Alveus Cemeterialis

Retulit Illr^m Procurator, quod Alveus hic, licet modicus, continus
tamen indiget reparatione, et quod in inferiori eius parte, sive
infra eum, magna fossa recenter apparuerunt, et in ipso Camote
rio, eundo ad pontem protensum ad artem, similiter fossa et rima
de novo effecta; providere Insigne Capitulum, curam alvei Procuratori

Commendavit, et ut tempestive procuraret materialia ad obruendas novas
foveas maximo inculcavit.

Casa in Kamiem

Negotium hujus case commendat Illris Canonico Prathowski.

Summa 20000ff. super Generalitate Judaeor.

Retulit Illris Canonico Prathowski, quod accepit notitiam certi
certam, quod haec summa per Commissionem Liquidatoriam debitorum Juda-
icorum sit computata, et pro certo debito apud Judaeos in Palatinatu var-
doviciensi existentes agnita, de qua tamen summa et quietatione ibi-
tus nihil hucusque Capitulo relatum a Commissione, sed liquidatio ejus-
dem cum opinione pro re Capituli satis favorabilis ad Commissionem Aulicam
Viennam, transmissa. Hinc capiendum consilium, quod apud nos in pre-
senti, cum jam ultra ab anno haec liquidatio facta et transmissa, huc
usque nullam resolutionem habeat, et ab hac summa quotlibet anno
tributum solvat, consultum est, ut urgente petitione tam ad Comissio-
nem liquidatoriam quam ad Aulicam cum expressione tam diuturna pro-
solationis, quam et oneris in solvendo tributo, ad eam indilate porri-
gat. Hinc Insigne Capitulum correctionem ejusdem urgentis ad utramque
Commissionem devertit, et ad hac conficienda petita Illrem Canonicum
Staszynski delegavit.

Decima in Szewce

Innovat Decretum anterioris Capituli, et Commendat Procuratoriam
ut illud exequi curet.

Decima Fundi Alldon

Retulit Illris Canonico Wraosek quod Decima Fundi Alldon hoc an-
no per licitationem sunt dividite, pro quibus pretium remanet apud
eundem Illrem Canonicum Administratorem. Jam autem ex annis prece-
denti duobus restans, ultra expensas per se obligatum, pro securitate
sua, reponit in Arario Procuratoria, quod pro memoria annotatur.

Debitum apud D Jaguethowski

Innovat Decretum anterioris Capituli respectu urgenda obligationis
cum sequestro Fundi debitoris.

Revisio Bibliothecae

Revisio hujus Bibliothecae ulteriori tempore reservatur.

Alveus in Kamiem

Adjuncta revisio alvei in Kamiem differtur ad verum tempus.

Debitum apud Illrem Canonicum Staszynski

Rogavit Illris Canonico Staszynski gratiam Insignis Capituli ut sibi
terminus solvendi debiti ad futurum Invenale Capitulum in Junio pro-
pongetur, quam gratiam obtinuit.

Debitum apud Kozlowski

Innovat Decretum antea, et commendat Procuratoriam ut curet illud
exequi.

Samborze

Relatum est per Procuratoriam quod Reverendissimus antea Admini-
strator Plebanatus Samborzeensis restantia ex anno praecedente frum-
ta in Regestris specificata omnia vendiderit, et pro his collectam pecu-
niam ad Procuratoriam Capituli intulerit. Jam vero hordeum ea anno
1001 in Legestris 45 garnetis 16 restans in granario mercato repositum
refertur ad dividendum, quod annotatur.

4
Debitum apud Curieuski

Favore pupillor, futuro tempore Insigne Capitulum debitum istud con-
donandum censuit

Lustratio Fundor Capitularium

Reverend Illris Canonico Wroczele quod sine exequendi Decreti capi-
tularis Curie in revisione Pontor Curie in Exquo Radomienfi, ibique
tota Hebdomada commemoratus, rogavit Tenentarium hujus Villa, ut
sibi refundere expensa pro Viabilibus et perolverent diurna, sed
provisus id denegavit. Similiter ex aliis Fundis lustratis, nihil pro
viabilibus et diurnis recepit; cui Insigne Capitulum insinuat, ut ad
Reverendos Fundorum Proprietarios sese referat, ut expensa missa
Capitularis refundant.

Reparatio Ecclesie in Samborzee

Non est adhuc effectuate, proinde commendat Reverso Tenentario
Plebani ut dignetur hanc reparacionem accelerare, captato tem-
pore, quemadmodum et Vicariarum et quatuor

Devotio Confraternitatis Scti. Immaculatae Conceptionis

Insigne Capitulum conclusit ut revere Devotio per Patrem Spiritu-
alem a Confraternitate ad id invitandum, non vero per quempiam Laicum
quo ad preces Sodalibus confectas peragat.

Decime Condona

Cum Instrumentum Edivisionis Decimar Condona, ab Illmo Officio Grah
Pacovienfi, pro re tam Illrium Canonico Concionator, quam Abbat. Ma:
rior hujusce Insignis Collegiata de die 20 mensis Junii An. cur. 1762
editum sub Capitulo Inmanali die 20 Aug. anni currentis, exhibitum, et ex man-
dato Quorundam Capituli coram Actis Territoribus Pandon oblatuatum suo in-
teriore obloquitur, quod unicuique jus ad decimas percipiendas patere debet.
At, proinde Insigne Capitulum, unicuique ipsor extractum ex Actis extra-
dendum censuit. Nichilominus Illm Canonico Wroczele obligavit, ut
Illm omnes expensas Capituli pro re Scti. Vicarior, in vim hancumce
Decimar factas computet, et hinc detrahitis reliquum Eisdem ex pro-
curatoria extradendum significet, vigore Decreti presentis. Et cum in
continenti, liquidata sint precepta expensa in fl. pld 7040. reliquum
provisus manet fl. pld 3469 q. 18. qua ex Massa Procuratoria extradenda
sunt; jam autem reserta anteriora Insigne possessoris Decimar videntur.

Granarium Muratum

Injuncta revisio hujusce granarii, quoniam hucusque non est effectua-
ta, commendat effectuanda, qua effectuata in Capitulo septimanaali
relatio declaret, ut quam primum reparatio hujusce granarii subsequat.

Summa Capitalis fl. 4000 de Korytnica levata et in Pona
Pretyk translata.

Cum Inscriptis hujus Summa super Pona Pretyk nondum duo
Capitulo sit intimata, licet requirat per Fiscum Sacerdotium
quiescentis Pona Korytnica, de precepta Summa ex illis levata;
idcirco Procuratoria commendat, ad eundem Fiscum literas requi-
sitorias dirigere, pro intimanda sibi supra facta inscriptione, ad suum
archivum Capituli, et ad effectum subsequenda quietationis

Summa Capitalis 1000 fl. in Prepiorow.

In preterito Capitulo Generali, ob defectum Evictoris, hac Summa concessa

fuit

5
fuit ad arbitrium Fisci laudanda, et sine Procuratoris commendatione
ut hoc deferret Episcopo Regio, ac simul ab eodem Fisco perquireret modum
vindictationis retentor censuum; Illius Procurator retulit se effectua se
commissum Insignis Capituli, verum ad id ab eodem Episcopo nullum recepisse
respondum. Proinde commendat Procuratoris ut instet super eo, apud
eundem Fiscum.

Summa Capitalis 1200 ff. in Lubowice locata.

Illius Dni Suffraganei Lublinensis Praesidentis huius Capituli obtulit
se occupare gratiore acquisitionem hac in re Decreti, dummodo sibi
deq. competatio huius Decreti inscriptionis, quod annotat.

Decima Prædialis in Smiechowice.

Retulit Illius Episcopus Procurator, nondum se retulisse Episcopo Regio
Possessori huius Decime, sed Illi Canonico Kochanski ad manus se
Intimatam Episcopi Regi. Insigne Capitulum iniuravit Procuratoris o:
minio de eodem deferendum esse Possessori Decime cum allusione
Capituli instrumenti attribuentis eandem Decimam.

Relationes de conversione ex Scholasticis, de Opuscula, de Decima
in Smiechowice de agris metronalibus in Prædiales conversis ad Ecclesi-
am in Samborece spectante, ob absentiam Illius Episcopi Kochanski
in moderno Capitulo relinquunt sciendum per eum in quocumq. Terminali.

Calculus Procuratoris

Lectis rationibus annuali proventus in Tabella Summaria per Ill.
Dnos Canonicos Calculatores Deputatos porrecta, Capitulum contestata
gratitudine Illi Procuratori pro suscepto labore, eundem in futurum
Annum ad idem officium gerendum impetravit. Et in continenti Illi-
mo Administratori Plebanatus Samborecensis pro administratione
Decime pro suis pro liquido determinatus.

Alumnatus Clericorum

Relatum est moderno Capitulo quod duo Clerici Lesnicenses et Kurylo-
wicz sint pravi moribus obnoxii, et propterea denegat eisdem a Dno
Prorectore Scholæ aditus. Proinde Insigne Capitulum censuit ipsos
primo premonendos, et post primum relapsam in priora de alumna-
tu sciendos.

Præsentia Consolationes Eleemosinae

In annum sequentem Præsentia in fl. pto 100 determinata. Conso-
lationes ex præsentia Capitulo ff 120 in persona. Eleemosina ad P. Refor-
matis et Dominicanis ut antea. Pauperibus in fl. p. 60.

Capitulum Septimanale ij 17 26^{to} 1803 Præsentibus
Illius Episcopi for. awikiensis Cancellario. Illustribus Stryci: Kochan-
ski Jan. Wrzosek, Vincent. Staszynski. Gabri. Piotrowski, Ant.
Pakulski. Ant. Warkowski celebratum.

Decima Metronalis ex Smiechowice ad Samborece

Cum Illius Episcopus Kochanski hanc in Smiechowice adeptus pra-
esens hodierno Capitulo, idem Capitulum ex delegatione dni Genera-
lis Capituli proposuit eidem negotium Decime Prædialis in eadem
villa, ad invidiam amicabiliter componendum, verum Illius Canonici
Kochanski agere tulit propositionem a Capitulo sibi fieri ratione
huius Decime ex agris metronalibus in agris prædiales dudum
commutatis. Insigne Capitulum deduxit per acta, quod nihil contra

Eundem

Eandem perperam velit agere, sed cum antea hares ejusdem Villa
 Mfium Sezeparanski, ipemet ratione agrorum Anemonahum obtulit
 aureos duos quotannis solventes, eodem Illmo Archidiacono, qua Te-
 nutario Beneficii in Samborze pro annis 14, pro eadem decima refer-
 dit, ideo eisdem omnino repetenda esse a moderno hærede censuit,
 verum Illi canonico moderno hærede in Smiechowice omnino id negan-
 te, et referente, quod cum nondum fuisset hares Villa Smiechowice, sed
 qua membrum Capituli, in presentia Illi canonici Fratkovski, de hac
 ce decima Mfium Sezeparanski allocutus ab eodem hanc explia-
 tionem hujus rei accepit; quod sub verbo honore plures agri ex
 prædialibus adiuncti sunt rusticilibus, proinde nihil se debere
 Capitulo asseruit pro eadem decima, similiter et Ille nihil se
 sentit obligatum ad solvendum, nisi Decreto judiciali ad id ad-
 strictus fuerit. Lectis tandem Actis, in quibus relatio facta fuit de
 eadem decima anterioribus annis, et adjecta fundamentali tam pl
 Roforum Cancellarium, quam Illrem Canonium Fratkovski probatione
 quod ipsi examinatis tam deonono Smiechowiceni, quam Samborzecepti
 tum incolis Villa Smiechowice, ipsisque contestantibus, notum habent
 plures agros Villanot esse adiunctos prædialibus; negante vero id per
 omnia Illi canonico moderno hærede Villa Smiechowice, et ve ad jus
 provocari petante, Insigne Capitulum per amabilia cum eodem proce-
 dendum censuit, et sibi ad deliberandum tempus reliquit

Convenientia ex Scholasteria

Præsens Capitulum ex Delegatione sibi facta a Jurli Capitulo, Illrem
 Canonium Kochanski, qua Administratorem Scholasterie requisivit, utrum
 ratione convenientiarum ex Scholasteria ad Procuratoriam, tum ratione ante-
 riorum debitorum a præterito Pelluski Scholastico Procuratoria restitutorum,
 ac etiam subsecuta jam administratione, ratione adimpletarum obligationum
 in spe retributionis ex redditibus fundi, negotium insulerit, et circa por-
 rectionem calculationis sua, apud quem de Jure, exierit? Retulit Illi
 Canonium Administrator quod circa primam calculationem exposuerit
 debita apud Illrem Canoniam restantia antea actum Scholasticum, varum de
 convenientiis pro absolutis obligationibus Scholastici, nihil proposuerit
 sed tantum documenta a Procuratoria sibi data pro absolutis suppedit-
 avit; ad quod nullam se resolutionem accepisse dicit, et ad præsens se Ad-
 ministratorem esse hujus fundi negavit, nihilq; in manibus suis esse
 dicit, de quo convenientiis Capituli explorare possit, nec, quod acceptan-
 da sint ad persolvendum, a Regimine, sperat. Interea cum hisce diebus
 ultimarum calculationem de administratione Scholasterie se redditorum
 casumat, proinde et prætensiones Capituli per se ibidem liquidandas
 esse promittit. Insigne Capitulum eidem id effectuantum, proposuit
 Capitulum Septimanale scilicet 24 Mensis Jbris Presentibus
 Per Illi Jos. Livickiewicz cancell. Illrem Joan. Wrocek, Secr. Priatoru
 ski, aut Pakulski, aut Frathowski Cancelli celebratum.

Domus Emeritorum sacerdotum

Devenit ad notitiam Insignis Capituli qualiter R. Bilski Presbitero ds.
 accessit Gregorius, procurator cum obitu devialiter ad virile consistorium
 tendam

Sandomiricase delatus fuerit in obsequio Ecclesie Parochialis Densko-
 eny tanquam Piarus applicatus existens, hucque arbitrio prelati Consi-
 stori conductus, et tandem ad uberrimam dispositionem Rectoris Capistorii
 Generalis Ducepami in Hospitali hocce sacerdotum semio confector locatus, ac
 tandem plus annis et admodum permanentis: nulla preterea conuisione capitula-
 ri, imo nec mota eo intuitu in capitulo questione: pro alumno dicti Hospitali
 lis computatus, et ad participationem mensae aque cum aliis emeritis Presbi-
 teris admiscens coepit. Insuper Capitulum licet gravate tulit ejusmodi bene-
 quam privatam factum: pater tamen gratia, computatam portionem pro pre-
 lato Sr. Bilski pro anno praeterito, acceptavit, ac etiam in post ea defectu
 Censu circa hanc Ecclesiam collegiatam: donec aliter de eodem Rdo Bilski
 Ordinatum fuerit, per aliam ei provisionem, ipsi alumnatum cum benefi-
 cio mensae aequalis cum aliis alumnis Pbyteris indulget.

Annus gratia de Canonatu Procustodia

Platum est de Canonatu Procustodia debere suo capitulo Annuum
 gratia; cujus exolutio Perillustri Cancellario tanquam antea Canonico
 Procustodi et post apensum suum ad Cancellariatum primo et
 immediato dicti Canonatu Procustodia Administratori recommendato.

Capitulum Septimanale die 16 Obris A. 1803 Presentibus

Perill. Jos. Wisikiewski Cancellario. Illr. Joan. Wrozek Fabr. Dia-
 Tobrzanski, Ant. Watkowski Canonici celebratum

Hospitalale Sacerdotum

Retulit Illr. Canonici Procurator, quod coram Spromet & Dns Nasion-
 kowski Alumnus et Hospitalis plurimum est conuenter, tum de eo quod
 pro sua aetate provecata, defectusq; hominis oculos omnino indigeat famu-
 litio seu puero ad cubiculum suum; quam quod eundem puerum, jam ali-
 as de benigne Insignis Capituli tibi provisum Illr. Adam Rous Propo-
 situs loci pro quanto sp. 50: prout profovendo eodem puero assignatum
 erat: ea ratione moderna Caritatis rerum, victu providere deneget, veli-
 itq; nomine ejusdem Rdi Nasionkowskii in hoc puncto ipsi subveniri. In-
 signe Capitulum ex praemissis motivis, tum habita ratione proficiuntis pra-
 fati, quamvis senili Presbyteri, et assidui laboris ipsius, in sua Ecclesia
 in solitis per eum suppleri diversimodis alior obligationibus, quantum
 pro fovendo puero ad fl. 100 elevavit, hoc superaddito ut idem puer etiam
 Rdo Priatecki pro casu ipsius exigentia et maxime infirmitate in servire
 sit adstrictus

Capitulum Septimanale die 29 Obris 1803 de Presentibus

Perill. Jos. Wisikiewski Cancellario Illr. Ant. Sobczynski Joan. Wrozek,
 Fabr. Priatobzanski, Ant. Watkowski Canonici celebratum

Depositum fl. Cancellarii pro Anniversario

Conceptatus est Perill. Cancellarius, se meliori, ut sibi visum est, invito
 eorum consilio, intentionem suam, quam antea his in actis inscriptam ha-
 bere voluit, intuitu fundandi Anniversarii ad extenuationem; quo fine in
 arario sui Capituli summam sp. 1000 reposuit, ad praesens velle mutare
 et eandem intentionem bretroni via sibi cognita, in ferendo suffragio ani-
 mabus Fidelium Defunctor, per idq; et sua providendo, ad effectum deducere.
 adeoq; summam praenominatam, quanta post celebrata jam Anniversaria et
 peroluta in suo residuo resultat velle se de arario Capituli levare decla-
 ravit, atque super hoc apensum Capituli petuit. Insuper Capitulum, attento
 quod liberum sit civis, quoad vivit, etiam Testamentariam dispositionem immu-
 tare

tare

immutare vel revocare, tanto magis, quod hac moderna mutatio evapora cre-
dit in melius, ad prefatam summam levandam ex arario Capituli et extraden-
dam in spem rehabilitationis futuri Juris Capituli, apensum prebuit.

Capitulum Septimanale ii 12 gbris 1803 ad Presentibus
Perilli Jos. Lwiliwicz Cancellar. Albig Fabr. Piotrowski Ant. Grat-
kowski Canonici celebratum.

Acceleratio suffragii p. m. Perilli praterito Cancellario.

Illris Canonius Gratkowski qua Executor Testamenti olim Pili Cancellari
Pisulenski exposuit in hodierna sessione, qualiter prefatus
Testator ipse Suffragii quod vivens et moriens semper in votis habebat
et ut sibi post sua fata, quam celerrime ferret, toto desiderio exoptabat,
ob retardationem in concludenda negotio pertractationis sua de re certa
substantia, tertiam partem in Suffragium animae suae segregandam Te-
stamento suo ordinavit. Anniversarium idem eius Testator interimali-
ter ad extenuationem, data eo sine certa pecunia quota in hac Ecclesia
fundaverat, quod stante adhuc eius vita, tum post fata ipsius, semel tan-
tum in anno, mense Januario absolvi consueverat, an in vim accelera-
tionis desiderati Suffragii non posset crebrius in anno, vel quod rectius
foret, quoties ab hinc mense ad praementionatam extenuationem Testa-
tis quota celebrari? Super qua propositione declarationem insignis
sui Capituli petiit. Insigne Capitulum attentis praemissis expositis
et productis, attentaq, probe illata propositionis praesentium Anni-
versariam quoties ab hinc mense, seu cum conditione, ut ex caseri Domi-
ni Capitulares, qui absentes facile pro eodem Anniversario condespe-
dere possunt de sua praesenti declaratione notitiam per Illrem Canonium
cum Procuratorem communicatam habeant, inferendum et absol-
vendum fore, declaravit.

Petitum Illris Canonici Kwiatkiewicz

Petitio Illris Canonici Honorarii Kwiatkiewicz ratione sui Depositi
pecuniarii, sine binos Anniversarios post sua fata in hac Ecclesia
absolvendor, prout superioribus Annis in Actis Capituli est annotata
in arario Capituli reconditi; hodie orobens facto, quatenus quibus-
dam occurrentibus sibi exigentibus, idem depositum in toto extradatur
libenter, ultra omnem controversiam, est delatum.

Capitulum Septimanale ii 3. gbris 1803 ad Praesentibus
Perillustri Jos. Lwiliwicz Cancellario, Albig Fabr. Piotrowski
Anton: Gratkowski Canonici celebratum. In quo

Illris Canonius Procurator exhibuit Literas consignatas ab In-
clita Caesar Regia Camera Procuratura Gallia Occidentalis ad suam
Insigne Capitulum sub tt. 17403 per Tabellarium directas, clausas
et obsigillatas, quibus Capitularibus resigillatis et lectis, sequidem ille
directe praesentibus interese Illris Praepositi hujus Collegiate, sci-
licet quod ex parte Monasterii Niciechovia, in sua responsione ad
quasdam dicta Inclita Procuratura, sit enata questio Juris ad Dei-
mam manipularem ex agris Trium Villanos in Raice dudum vocato,
cui prefato Monasterio competente, ea qua Villa Raice ad Praepo-
situram hujatam, cum exclusione juris cuiusvis alius spectare dy-
nit, tota et integra Decima isthaec; hinc easdem Literas Procuraturae

Cesareo Regia et adiunctum scriptum ex parte Monasterii Leuechouianz
Adfimo Preposito ad effectum satisfactionis requisitioni quidem Proc.
ratura hinc liberis contenta communicanda capitulum censuit, et de
tali communicatione, ad quem supra effectum, eidem Procuratura Capite
gia per Illm Procuratorem referendum esse conlusit

Capitulum Septimanale die 17 Xbris 1803. Presentibus
Perillustri Jos Lisikewicz Cancell. Illibz aut Sobczyński, Sabr. Pta.
Tobrzęski, Ant. Palulski. Ant. Grabowski Canonici celebratum

Canonatus Fundi Mydow

Siquidem vacantis huius Canonatus gerens administrationem, ab Insi:
gni Capitulo vobis precomissam Illris Canonius Wrozek de recenti, die
nempe sexta mensis currentis evocatus est ad eternitatem, hinc qua per
ejus obitum ejusmodi administratio desinere non potest, Insigne capi:
tulum in ejus locum, tanto magis quod et ab Inelito Cesar Regia Proc.
lari officio eo intuitu fuerit requisitum, Perill. Canonium Sobczyń:
ski ad munus huius administrationis prefati Canonatus egressus
eo constituit. De qua constitutione memorato Inelito Curatori officio
uti et de aliis circumstantiis ad interesse administrationis per p. d. Illr
Canonium Wrozek esse regulantibus, iuxta ejusdem Ineliti officii
requisitionem, relationem faciendam Illri Canonio Procuratori com:
mendavit. Jam autem ut presentaneus Ill. Canonius Administrator
circa inventationem rerum post antea actum Administratorem dereli:
ctar, ad presens obligatar, subsequendam, personaliter adesse, et
rationes percipiar et expensar cum suis allegatis, ac quavis alia
notata et documenta ad preteritam administrationem quomodolibet
spectantia conquirere et ea omnia suo Capitulo ad effectum terminan:
di et pacificandi negotii ex hac preterita administratione prefati Ill.
lris Canonii Wrozek pullulantis, referre satagat, Ipsi injunxit.

Capitulum Septimanale die 7ma Januarii 1804. Presentibus
Perill. Jos. Lisikewicz Cancell. Illibz Gabr. Piotrowski, Ant. Palul:
ski. Ant. Grabowski Canonici celebratum

Hospitalitate Sacerdotum

Ad illationem per unum e d d Capitularibus presentibus, quod ut ante
moderna res omnium caritate et precipue lignor ad forum et fornaces
magna unumquemque premit angustia quodq, eandem Hospitalitate Sa:
erdotum senio confector, et alumnatus Clericor ibidem degens pati esse
periri est adactus. Insigne Capitulum attentis pramissis statuit, quatenus
ex deposito Pivulianiano in rem prefati Hospitalis ordinata pro lignis
ad fornaces, calchamentis et alio xpu necessario favore eoddem Presbytero
ad presens totum tantummodo, includendo Illrem Canonium Prepositum
Hospitalis, per fl. post 72 ad manus Illris Prepositi; tum pro Alumnatu Cle:
ricor pro lignis ad bina hypocausta ipsor per fl. post. 30, consignetur, cum
obligatione collecta specialis pro Benefactore post quamlibet mensam
per tempus arbitrio Illris Prepositi loci determinandum absolenda
disposuit.

Capitulum Septimanale y 24 Martii 1804 ad Presentibus
Perill. Jos. Lisikewicz Cancell. Illibz Gabr. Piotrowski, Ant. Palulski
Ant. Grabowski celebratum

Alumnatus Clericor

A longo tempore Clerici in Alumnatu Hospitalis Sacerdotum senio confectorum
existunt

existentes, singulariter Lemoufki, Chmielofski et Kurytowicz male de
sua moralitate audiunt, qui de potatione, crebra in huiusmodi excusatione ad
diversum sexum inclinatione, cum certis puellis contracta amicitia et ibi
huius mantentione, in studiis negligentia, plerumque apud alios, maxime tunc
apud Illustriorem suam Praepositum et Magistram Praeceptorem Gymnasii
sunt notati, Kurytowicz in super de furto convictus, quod alias ligna gy-
mnasii ad calefaciendam fornacem comparata surripere consueverit, ob
idque a Magistro Praeceptore castigatus fuerit. Et licet illi ad suam post
vacationes reditum serio de emendatione praemoniti fuerint sub emis-
sione Alumnatus, nihilominus in absenti sibi vitia pervererat quin-
ime ad eum iam protervia gradum pervenerunt, ut auctoritatem sui pro-
signi Capituli, Praepositi, Individuos parvipendunt, enimvero in die S.
Penedicti, celebrantibus in Ecclesia Monachorum Individuis Capitularibus
neque ante meridiem sub tempore Missae summa, neque vesperae ad lon-
gationem devotionis, quamvis praesentes in Ecclesia, debitam se pre-
stitissent assiduitatem. Insigne Capitulum ex praemissis modis, quan-
tum ad Kurytowicz ipsum prout maxime notatum est per Praepositum
loci saepe corruptum, nec tamen emendatum nec spem emendationis
praeserentem beneficio Alumnatus abire et ex nunc privavit, in
eiusque locum Wickowfki expectantem, cum bona indolis et expec-
tationis juvenem admisit et suscepit. Recens vero ad alios duos, eisdem
adhuc semel sed ultimarie de simili exterminatione ex Alumnatu
nisi resipuerint, praemonitos haberi voluit, ipsos tamen ad penam
carentiae victus uno integro die, statim ab indignatione praeventis
decreti per Perillm Praepositum, et genuflexionem sub tempore pla-
di in Refectorio, maxime pro protervia illa in Ecclesia monachorum
exhibita, utrumque condemnavit.

Capitulum Septimanale 27 Apr. 1004 No Praesentibus
Perilli Jo. Luskiensis, Canon. Illustri Praeceptoris, Anton. Prae-
ceptoris Canonici celebratum

Alumnatus Clericorum

Nemo speraret ut post latum ut immoderate supra decretum et executum
contra Alumnos Clericos, post amotionem unius de Alumnatu, et su-
bitam per reliquos duos, eo decreto ipsis injunctam penam, transiit
de pravo et scandaloso facto denoviter enato, sub Capitulo deferrent
cum esse flexu Chmielofski de conductione ipsius male note
femellae ad duum cubiculum et in eo secura, occlusionem, dein post re-
servatas ad imprudens pulvis ad extra, per observatores huius
facti fore, ejusdem femellae sub cubili abscondite deprehensione
die pronupta delatus extitit. Quod factum cum ex hoc die in
dagationis per Illustre Canonicos Praeceptoris et Praeceptoris, tanquam
ex officio Hospitalis huius et Alumnatus provisione, ex praesenti, su-
tinis die hesternae facta, et in hodierna sessione exhibita, lecta et con-
tinata, realiter sit adinventum, quod mentionata femella non quidem
conduca, sed in ipsa a domo domus ad Illustrem Canonicum Fabianfki in
Hospitali protum manentem, ipsa sola ad cubiculum Clericorum irruebat
quod tamen nequit esse liberum a forti praesumptione de contracta

inter mentionatam famellam et Clericum Chmielofski familiaritatem
 et comitelligentiam. Dicitur proinde Uterius vigore anteriori decore:
 ti panam amissionis alumnatus hoc facto promeruit, ex motivo ta:
 men et respectu ietule ipsius Maris, pia mulieris, ex hoc autem
 facto filii summo opere afflicte, et cum plenis lacrymar precibus ad
 suum Capitulum pro filio intercedente, leniendo hac ultima vice
 comminatum penam amissionis alumnatus, ipsum ad genuflexionem
 sub tempore mensis in Refectorio Ihu diebus, nempe Feria 2da, 3tia et
 4ta innotate sequentis hebdomade cum recitatione Psalmos Peniten:
 tialium, tam de meridie, quam tempore vespere, circa usum postea di:
 nius duntaxat portione condempnavit, eundemq de emendatione se:
 ria, sub irremissibili abhinc amissione alumnatus et aliis panis
 hac postrema vice monitum haberi voluit. Et in continenti omni:
 bus Clericis Alumnis ne ex post ullus ipsorum, preter Eclesiam et gym:
 nnasium, absq dicitu et consensu Illris Praepositi Hospitalis, in Civitate
 vel ad suos condiscipulos pedem extra domum efferat, inhibuit, sub gravi
 pena pro omni casu, in contravenientem extendenda. Illustribus vero
 Canonis Praepositi et Procuratori utpote Prioribus visitationem
 Hospitalis et Alumnatus Clericos sapienter et saltem semel quoti bet mē:
 se per unum ipsorum alternatim frequentendam, maxime commendavit.

Capitulum Septimanale u 12 Maji 1804 Ad Praesentibus
 Perill Jos. Lisickiewicz cancell. Illustribus Ant. Sobieski. Fabr. Priato
 kreski Anton. Pratkowski celebratum

Revisio Villa Opoczka.

Relatum est per Illrem Canonium Procuratorem quod ipse met Illris Janney
 Kochanski dicitur Bonor Opoczka Administrator, his diebus praesens hic
 Sandomiria, revisionem eorundem Bonor subsequendam exoptaverit,
 et pro eadem designanda a praesenti Capitulo mentionem faciendam
 sibi referenti, infirmaverit. Ad quem proinde revisionem expediendam
 Illris Canonius Pakulski per Illrem Procuratorem, qua nunc assensu
 de sua designatione certiorandus, cum adminiculo Procuratoris, hinc
 sibi viso tempore, dummodo ante imminens Capitulum generale per
 agendam, est deputatus.

Querela Communittis Incolarum Swiatniki

Platae sunt per supplicem libellum ad hodiernum Capitulum querela
 ea parte et nomine Incolarum Villa Swiatniki contra suam Advocatum,
 occasione variat injurias et damnos per ipsum inferri Eadem Communitti
 solitor, qua querela cum etiam tangant D. Trzebicki tanquam suum
 Justitiarium, ad quem ipsos remittete pro cognitione cause, non videt re:
 ctum; hinc eadem querelae cognitio, medio indagatoris et quibus inte:
 verit, ad scripturam sive prothocollum in loco loci redigenda Illri Janney
 Procuratori, una cum suo Subalterno, devenienda, et suo Capitulo refe:
 renda, est praecomissa.

Capitulum Septimanale u 26 Maji 1804 Ad Praesentibus
 Perill Jos. Lisickiewicz cancell. Illustribus Fabricle Priato kreski Anton:
 Pratkowski Canonis celebratum In quo

Perill cancellarij retulit, exhibendo ad se datas literas Illri Dni Oleps:
 ki et Administratiis Cracovien Diocesis una cum annexis ad eand rem ptinca:
 tibus, de improbatione p Decretum Suberniale et annullatione Divisionis
 Decimis

Decimas Concordat per prelatum Illmum Administratorem inter DD
 Canonicos Concedentes et R. Vicarios hujus Collegiatae effectuate. Ex
 post vero ad factam representationem per eundem Illmum Administratorem
 de justa et legali sua admissione decretum illud in suo robore
 acsi in suspensum exstitit, cum subsequenter de iure est ex supremo Substrato
 Comissio mixta, ad cognoscendam eandem admissionem, qua legi et equi
 tati non praesudicant, per unum ex Circularibus et Ecclesiasticum al
 terum ad id negotium, Comissarios Deputatos, peragenda. Ad quam Comissi
 onem alter Comissarius ipsemet Perill' amellarius Deputo Comissarii
 si est designatus. Insigne sigillum, cum ex sua instantia et postulato, eo
 sine ad Illmum Dnum Administratorem directo, ea admissione fuerit et ex
 conventa, illique plene acquiescit, nec constat ut partes in interepta ex
 hac admissione non sint contenta, hinc ad retinendam ipsam, operam suam
 omnino conferendam, et vigilantiam actu Comissoriali adhibendam
 se obligatum censuit, et declaravit.

Provisio Vicarii in Samborzei.

Cum Vobis Vexeranski ad gymnasium Sandomiriense, ita lapsus Profef
 sor vir maturus et morum modestia commendatus, non pridem habitu se
 riciali vestitus, obtinuerit de super plenissimam facultatem promovendi re
 instanter ad sacros Ordines ipsius Presbyteratum, dummodo habuerit si
 culum Canonicum, cumq. pro ejusmodi titulo infirmatus sit Vicariatus in
 Samborzei ipsi infirmendus, referatq. de memorato Vexeranski quod
 velit eundem Vicariatum acceptare, et pro posse (quia adhuc hoc anno
 continuare munus suum in gymnasio habet necesse) etiam Ecclesia
 sua, ad quam provisor erit, per condesensionem ad eam rem missa di
 ebus festiviis, aliisque praestanda obsequia, utilis esse, curabit. Hinc
 praemissa, hodie scilicet Capitulum, ad decisionem proximae imminentis
 Generalis Capituli, annotari disposuit.

Capitulum Generale die 4 Junii 1804 ad

Prasentibus Illmo Joann. Bapt. Renczewski Archidiacono Pellori
 Jo. Divikiewicz Cancellari Illustribus Hyacinth. Kochanski, Ant. Sob
 czynski Fabri. Piotrowski. Ant. Pakulski, Ant. Frathowski, Steph.
 Piotrowski. Franc. Zawadzski Coadjutore Canonico celebratum

Excusatio Absentium

Perill' Ralsvini Jos. Popiel et Sajetanus Boniceli per litteras missi
 vas ad Illm' Ralsmum Cancellarium directas sunt excusati, Illm'us
 Custos quem hujus Diocesis Administratio Illm'us Ferdynandus qui extra
 limites Regni existit, Ralsvini Paulus Olechowski, quem infirmitas
 Pupet quem defectus luminis oculor, Wodzicki pro quo ejus adest
 Coadjutor, Illm'us Fraszynski qui ex forti praesumptione, nunc multis
 negotiis obstrus, non condescendit ad praesens Inre Captum, excusant
 ceteri omnes DD Capitulares absentes, negotiis tam politicis, quam
 Ecclesiis occupati, pro excusatis sunt habiti.

Installatio Illris Raczynski.

Illris Caspar Raczynski Eclesiae Parochialis in Lonion Curaty Decanus
 Franciscus Kopywinski exhibito Instrumento vicarius de gratia Illm'us
 Jurisdictionis Diocesanae Canonice in hac Collegiata in praemium suum
 meritor est decoratus Praevia de data 12 mensis Obris 1803 N^o 337. sub
 sigillo, sigillo et subscriptione Illmi et Ralsvini Dni Josephi Olechowski
 Eppi

Episcopi Uranopolitani Suffraganei et Archidiaconi Cathedrali Sede Vacante Episcopi
 superatus et Diaconus Procuratoris, Brevis Scaniae Equitum, Gra-
 conia emanato, eorum vero et indubitato adinvento, audente voto et unanimi con-
 sensu Capitali per Deputatos Illos Joseph Sydorski et Stan. Doboski
 Honorarium, more et ritu solitis in possessionem et usum joris altaris et Kal-
 li a Cornu Evangelii ultimi sibi designati omniumq; jurium Canonico hono-
 rario concurrentium est intermissus ac installatus.

Celtus Divinus.

Relatum est per Ill^m Canonicum Procuratorem, quod ii, quibus in praesente
 Capitulo praesentia fuerat cura adimplendi numerum Vicariorum nempe Rod-
 olf vice Praeposito et Villadecano, omnem diligentiam ad implendum huncce
 numerum Vicariorum adhibuerant, Insigne Capitulum id effectum hunc
 iterum commendavit

Constructio Turriulae.

Illri Canonico Procuratori post constructionem laminae ad tegendam neces-
 sariae recommendata.

Alveus Camerensis et murus aquis immensus

Ulteriori reparatione Procuratoria Alveus Camerensis, insinuat. Quod
 vero attinet murum, nota ad Magistratum Beledominum in hoc nego-
 tio per Illren Canonicum Procuratorem porrigenda commendat

Casa in Karmien

Negotium hujus case ulteriori tempore relinquit
 Summa 20000 sup Generalitate Judaeor

Hujus Summa negotium una cum relatione per Illrem Canonicum Pa-
 syński facienda ad futurum Capitulum Generale differit

Summa 10000 super Tractu Opatoviensi

Quoniam constitit ea nobellis publicis quod Tractus Opatow
 publica auctioni die 26 mensis et anni praesentis sit exponendus
 ideo Insigne Capitulum Illri Canonico Procuratori omnem attentionem
 et vigilantiam de jure requisitam injungit, ac sui Capitali Plenipo-
 tentem de hoc negotio per Ill^m Procuratorem certiorum reddere injungit

Decima in Szewe

Decretum intuitu Decime in Szewe in Capitulo Juniali anno praeteri-
 to subsecutum, executioni mandetur.

Decima Fundi Mydow

Illustri Canonico Sobieski modernus et Administrator Canonice
 Fundi Mydow, retulit se recepisse omnia documenta, hanc decimam
 spectantia, tum omnes perceptas ex omnibus annis pullulantes
 in Procuratoria depositas esse. Insigne Capitulum curam et sollicitu-
 dinem, tam quoad calculationem, quam exsolutionem omnium tri-
 butor Casa Caser Regis, eidem Illri Administratori commendavit

Debitum apud D. Jaguickowski.

Executio hujus debiti, serio proseguenda, Procuratoria est commendata

Revisio Bibliothecae

Siquidem ad conficiendum Inventarium Ecclesiae hanc omnino Episcopus super-
 lectilis ab Insigne Capitulo Adam Franciskus Tatarskiensis designatus, lube-
 ter opus hoc suscepit et perficit, confidit in Posteritate Episcopi Capitulum
 quod etiam revisionem Bibliothecae capto tempore aggredietur, et Inventar-
 rium illorum de novo juxta praescriptam normam conficiet

alvy

Athenis in Kamien

Quod non factum est hucusque, fiat.

Debitum apud P. Prastyski

Ob absentiam eius in presenti capitulo, ad futurum Capitulum differtur negotium, et pro memoria adnotatur

Plabanatus in Samborzel.

Relatum est, quod omne restans frumentum etiam ex hordeo per Procuratorium anteaatum Administratorem in Plabanatu, Procuratorius sui Capituli jam est ad integro redditum

Lustratio Fundor Capitularium

Hoc negotium ultimarie spectans p. Illrem Wrodek Canonium, ulteriori tempore decidendum reservat

Ecclesia in Samborzel reparatio.

Retulit Adsumus Tenentarius, desideratam reparationem se velle quam primum effectuare, et eo fine scandulas, et alia necessaria materialia conducta jam esse.

Granarium muratum.

Commendat Procuratoria reparatio hujus granarii

Summa 400 de korytnica levata et in Prytyk locata

Extractus Inscriptionis hujus summa in Prytyk locata, ex actis Terrestribus Radomienibus per Procuratoriam est deponenda.

Summa capitalis 1000. super Przejorow.

Quoad summam hanc in Przejorow renovat Decretum in anterioribus Capitulis Generalibus factum

Summa capitalis 1200 sp. in Lubonice.

Retulit Ill. Procurator Decretum circa eandem Summa Fio. Ill. se transmississe

Relationes de concessendis exscholasteria

Illis Canonius Procurator retulit pro duobus annis Administrati-onis exscholasteria p. Illrem Canonium Kochanski, concernentias se ad manus suas recepisse

Decima in Smiechowice metonali ad Eub Samborzel

In negotio hujus Decime visum est tandem suo Capitulo captato tempore, rogare capitulariter Illm Canonium Kochanski, qua Honor Smiechowice hancem presentaneum et possessorem, quatenus ipse pro vindicanda quota duor hungariorum, pro decima Smiechowice ex agni metonalius ad agros prediales adnotatis, stante hereditate Illius Domini, per eundem Capitulo annuatim oblata, suam interpositionem propterea dignetur, et in eum finem documenta ex actis Capitularibus ac aliis a latere, qua ad negotium hujus Decime spectare dignoscuntur conquirant, et interea hoc negotium ulteriori tempore reservatur.

Annus gratia de Canonatu Pruzstodis

Adsumus p. Mellarius, anteaatus Pruzstos, et etiamnum quidem Fundi Administrator, annum gratia ex hoc Fundo emergentem, se redditurum appromisit, quod adnotatur.

Intereffe Canonatus Fundi Mydow

Illis Canonius Obizynski, qua Administrator Fundi Mydow petus fecerit ut iori mansio ad se locandum penes Insignem Collegiatam designaret. Insigne Capitulum Mansionem in domo Emeriti Sacerdotum quam inhabitat

inhabitabat p.m. Illr. Canonici Urszek ipsi designavit.

Plebatus in Samborec

Facta relatione per Adm. Divicewicz Cancell. et Plebatus in Samborec
tenentarium de exsoluta Procuratorie ex hoc Plebatus summa 8000 p. Re.
stans summa pp. 1400 ut ab eodem Admo Tenentario ut adjuvat, est requisita
ad calculationem sua Procuratoria reddendam. Officio arendatoris pro
tunc huius Plebatus per presens Capitulum eidem Admo Cancellario ad
duos sequentes annos est prolongata, erga Contractum per Procuratoriam capi-
tuli conscribendum.

Villa Drocza.

Quoniam ex literis missis ad Illr. Canonicum Procuratorem directi con-
stat, molestam fuisse administrationem supra villa Drocza Canonico
Kochanski; proin insigne Capitulum peracti p. quamvis absenti, gratis
pro laboribus et vigili administratione, eadem bona sua Procuratoria admi-
nistranda commisit. Et in continenti ad revisionem dictor. Honor. Illr. Cancellarium,
et Illr. Canonici Gratkowski impetrato, deputavit.

Querela Communitatis prolar Sviatniki

Ordinata Comissio ad cognoscendas et indagandas querelas, et in loco loci
protocollum formandum Illr. Canonico Procuratori, una cum suo Subalte-
no peragenda injuncta est, qua ut acceteret, ordinat.

Decimarum Cordonearum exdivisio.

Decretum Capituli septimanalis respectu manifestationis exdivisionis
decimarum Cordonearum die 26 Maji anni presentis latum in suo robore
conservatur Inscriptio Provisionis Vicario in Samborec

Presens Capitulum generale pro rato habuit et libenter aperuit Inscr-
ptioni Provisionis Vicario, qui per id provideri possit ad hanc Ecclesiam

Negotium Existentie Procustodia penes hanc Collegiatam

Presens Illr. Administrator Diocesis necessitatem existens Canonici Pro-
custodis penes hanc insignem Basilicam; quemadmodum et Capitulum pa-
lam videt necessitatem et utilitatem huius Canonici, qui eius conservando decet
in inordate, eius res sartas tectas conservare, ordinem domus Dei tueri,
necessitatibus Illius providere, ad servitorem Ecclesia eorum obsequia viri-
lem semper oculum habere debeat, utque stante moderna clade, incalun-
cepsus vel decensus cuiusvis Canonici, extinctionis illius fundi, Procu-
stodia haec per cessum Adm. Cancellarii moderni vacans, fundum suum
non amittat, non extinguat, sed tanquam summo pere necessaria conserva-
tioni huius Insignis Basilica, suum fundum retinere, et existeri penes
hanc Ecclesiam valeat, ipse Illr. Administrator apud Excelsum
regimen intercedere gratioso dignatus est, sed et literis suis ad Adm.
Cancellarium datis suggestit per gratiam suam, ut et Capitulum quoque
collectis fortissimis, prout illa bene novit, motivis, quae necessitatem hu-
ius fundi penes hanc Ecclesiam doceant et demonstrant, ad Excelsu-
rium regimen humillima sua transmittat petita pro conservacione fundi ipsi-
us. Effectuata est jam haec insinuatio Illr. Administratoris per portatam
ad Excelsu regimen notam per Praesidem parochialium Capitulor. Praesens
vero Capitulum ut in hoc negotio procedat fortissimè, commendavit

Petitum Adm. Sobkiewicz

Insigne Capitulum annuit petitis Adm. Sobkiewicz a tempore Introductionis
ad Vicariatum sacerdotum in communi viventium Emerito Presbytero, et ad
participandam cum aliis Emeritis portionem fundi Hospitalis, a futuro Capitu-
lo septembrali inchoandam eundem admittit.

Alumnatus Clericorum.

Ad hunc alumnatum circa productionem Testimonii probitis morum, honesti,
ac modesti, a Prorectore Gymnasii Barthol. Graemowski est susceptus.

Capit

Capitulum Generale d. 10. Septembris 1804 Anno
Presentibus Illmo Joun: Antio Lenczewski Archidiacono Lublinski
uno Jor: Lesikiewicz Canonicis, Illmo Ant: Sobanski, Jor: Popiel, Vincentio
Staszynski, Cajetano Boniecki, Fabr. Biatobrzyski, Anton: Pabulski
Ant: Pratkoski, Steph: Skytowski, Franc: Labrecski Sodj: Annis celebratis

Excusatio Absentium.

Illmus Jussor administratione hujus Diocesis occupatur. Ad Jm: Paulus
Blechowski et Puffet suis infirmitatibus gravati excusant. Reliqui omnes
ad Capitulares absentes praesumunt negotiis tam politicis quam Ecclesiasticis
actibus occupati esse, ideo pro talibus agniti sunt

Installatus Illus Raczyński ad executionem Statutorum in iura
